



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

I. Familienvertrag der von dem Knesebeck über das Stammgut Knesebeck und andere Besitzungen, am 10. Mai 1310.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXI.

Nachlese von dem Kneesebeck'scher Urkunden.

I. Familienvertrag der von dem Kneesebeck über das Stammgut Kneesebeck und andere Besitzungen, am 10. Mai 1310.

Nos Bodo miles, Hempo ac Boldeuinus, fratres, dicti de Kneesebeck, presentium tenore publice declaramus, quod in sequestratione nostrorum quorundam bonorum presentibus etiam interessentibus nostris amicis uniti et concordati sumus rite et rationabiliter sub hac forma, Quod dimidietatem nostre partis castri in Kneesebeck et suburbium, quod Vorborch in vulgari dicitur, et cum successione hereditaria Pardami nostri fratris pie et beate memorie et in villa loci eiusdem ac prata campestria diuisimus expedite cuilibet nostrorum tertiam partem specificice deputatam. Igitur bona quedam nostra extranea in villis Gruftendorpe, Boyringen, Croge, Ludelfen, Lütken Alen et in curia Lichterfelde cum reliquis nostris bonis pheodali titulo collatis, iurisdictionibus, que Richte dicuntur et in prouentibus bonorum, que dicuntur Angeuelle, nobis fortuna annuerit concedendo, integraliter cum bonis nostris prelibatis modo specificato diuisimus, sub distinctionis debita ratione ad nostram quamlibet partem iurium accessuram. Ne autem hoc factum a pluribus mutabile teneatur, euidenti protestatione et nostrorum sigillorum appensione duximus firmiter insigniri. Testibus vero et validis Reuerendo Domino Rodolpho, Preposito in Soltwedel, Hinrico de Osterborch, Wasmodo et Pardamo de Kneesebeck, Bodo, pincerna, Gerhardo de Buezt, Willebrando de Reder, Betekino de Rochoue, Guncelino de Bartenfleue, militibus, nec non Hinrico de Walfleue, famulo, cum aliis plurimis sive dignis. Datum anno domini M^o. CCC^o. X^o., Dominica tertia post pascha, qua cantatur Jubilate Cal. Maii.

Nach Gercken's Codex VI, 575, der diese Urkunde aus einer Abschrift mit der Bemerkung mittheilt: Das Datum Cal. Maji paßt nicht zu dem Sonntage Jubilate und ist wahrscheinlich von dem Copisten hinzugesetzt.